



I.

*Logica est disciplina instrumentalis, est habitus, est facultas, est scientia practica, est ars.*

II.

*Objectum Logices est intellectus. s. tres mentis operationes, & sunt res omnes.*

III.

*Finis Logicæ est modus sciendi, est veritas, est syllogismus.*

IV.

*Cæterum quia Logica dirigit tres mentis operationes, tribus partibus ea occupatur, quibus agitur de terminis simplicibus, de E-nunciatione, de Syllogismo.*

V.

*Non repugno, quartam mentis operationem vocari Methodum: ego tamen crediderim, operationes multiplicari præter necessitatem.*

VI.

*Sed videbimus nunc aliqua de Termino, qui communiter definitur vox, in quam resolvi potest Propositio.*

VII.

*Is verò terminus, quia vel universalis est, vel singularis mirum non est, doctrinam de universalibus amplam in Logicâ facere paginam.*

VIII.

*Quicquid tamen sit controversiarum: nobis universalia dici posse videntur & res, & conceptus, & nomina.*

IX.

*Alioquin universalia dicuntur predicabilia, ob adhaerentem aptitudinem, quâ possunt in propositione occupare locum prædicati.*

X. Est